35

DISPUTATIO
De
Eo quod intereſt,
vulgô

INTERESSE.

Quam
PRÆSIDENTE
VIRO AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO AC EXCELLENTISSIMO,

DN. JEREMIA REUSNERO,

U. J. D. Anteceſſore, Provincialis Judicii Aſſeſſore & Ampliſſimæ Facultatis Juridicæ p.t. Decano ſpectatiſſimo; Dn. Præceptore ac Promotore ſuo omni obſervantiæ cultu proſequendo,

Habebit

JACOBUS Münch/ Buttelſtadiô-Thuringus.

Die 11. Junii, in Auditorio JCtorum.

Ἀρκεῖ δ' ἐν μεγάλοις καὶ τὸ θέλημα μόνον.

WITTEBERGÆ,
Typis Hæredum SALOMONIS AUERBACH,
ANNO cIɔ Iɔ C XXIX.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI,

THESIS I.

JUreconſulti, quod quilibet ipſe ex lectione Juris textuum ad hanc materiam facilè deprehendet, quotiens *Intereſſe* mentionem faciunt, *id quod intereſt* appellant; nec apud eos *Intereſſe* nominaliter *in ſubſtantivo* uſurpatur, ut rectè & ex fide meminit *Fulgoſ. in l.2.ff. de eo quod cert. loc. dar. oport.*

II.

Quamvis tamen nos voculæ iſtius uſum non adeò ſuperſtitiose detrectemus: cum *Coraſ. 1. Miſc. 20. n. 2. & 3.* putantes, [illegible] *firum* eodem latine dici modò, quô *ſcire* [illegible] *noſtrum.*

III.

[illegible] *reſſe* in jure verbum eſt, magis propriè & [illegible] (a) denotat, ſive id, quod ad commodum alicujus ſpectat. Et tunc ſumitur *vel purè* ſeu *abſolutè* citra omnem commodi pecuniarii æſtimationem; *l.2. ſi dominus. ff. de his qui ſunt ſui vel alien jur. l.1.ff.ſolut. matr. l. 4. nam reipubl. de l. ſeq. 5. de pupillo. §.11. ſi quis rivos.ff. de oper.nov. nunc. Vel reſpectivè,* pro utilitate per pecuniam (b) æſtimanda; *l. 21. ſi ſterilis. §.3. cum per venditorem. ff. de act. empt. l.4. quod ſi Epheſi.pr.ff. de eo quod cert. loc. dar. oport. Æmyl. Ferret. tr. de eo quod int. n.1.*

IV.

Hoc poſteriori modo rurſus dupliciter accipitur: *primò* largè ſeu generaliter, pro omni omnino utilitate, ſive principali, ſive acceſſoria; *deinde* ſtrictè ſeu ſpecialiter, pro utilitate acceſſoria duntaxat à re ipſa principali vel ejus æſtimatione diſtinctâ;

stincta; *text. vid. apud Coll. Argent. T. 2. L. 42. tit. 1. th. ...* Quæ utraque significatio hic locum invenit; prior tamen maxime, cum rei principalis nulla alia æstimatio reperiri possit, quàm hæc, quæ in eo quod interest consistit. *Coll. Argent. d. L. conf. th. 16. infrà.*

V.

Hinc (a) sæpè veteres id quod cujusque interest utilitatem appellarunt; *sicut videre est ex l. 2. arbitraria actio. §. 8. ... de officio judicis. ff. de eo quod cert. loc. dar. oport. l. 21. si fluvius ... cum per venditorem. ff. de act. empt. l. 14. si procurator. in pr. ff. si quis caut. in jud. sist. caus. fact. non obtemp.*

VI.

Et rectè *interesse* per *μετάϑεσιν* dictum existimat *D... comm. 14. quasi in re esse, scil. mea, tua sua*, hoc est, *expedire, utile esse mihi, tibi, sibi*: ex quibus particulis verbum hoc compositum esse videtur, *Arnold. Baert. tr. de eo quod int. n. 7.*

VII.

Hinc (b) id quod interest *pecunia* d[illegible]itur; *l. 72. stipulationes. in fin. pr. ff. de V. O. l. 13. si quis ab alio ... fin. ff. de re jud.*

VIII.

Appellatur quoque *pœna*; *l. 10. fin. si pos[illegible] quod cert. loc. dar. oport. l. un. C. de sent. quæ pro [illegible] vers. in aliis autem casibus, ibi. cum sciamus &* [illegible] quicquid ultra rem principalem exigitur; *l. 7* [illegible] *serv. expert. Cuj. in* [illegible]. *C. in synopt. ... l. un.*

IX.

Voce sic explicatâ investigandum erit genus; quod constituimus *absentiam utilitatis*. Nam illud interest, quod abest & desideratur, *ut testatur Paulus in l. 13. si cōmissa pr. ff. rat. rem hab.*

X.

Causas quod attinet; Id quod interest immediatè *à mora* vel *culpa* adversarii causatur. *Vid. Colleg. Argent. T. 2. L. 42. th. 14.*

XI.

Et spectatur non solùm in damno *emergente*, sed etiam *lucro cessante*; *d. l. un. vers. & hoc non solum. Vid. Coll. Argent. d. th.* ...

co-

eoq; justo & certo. *Vid. Don. 26. Comm. 22. & 23.* Quæ duo unica damni voce non incommodè videntur exprimi posse *arg. l. 2. Prætor ait. §. 11. damnum autem. ff. ne quid in loc. publ. vel itin. fiat.*

XII.

Formale est, quod Interesse circa rem quâ de agitur, consistit; *l. 21. si sterilis. §. 3. cum per venditorem ff. d. act. empt.* h. e. rem comitatur nexu quasi cohæsivo. *Donell. 26. comm 23.*

XIII.

Quibus ita positis definimus Interesse, quod sit absentia utilitatis justæ circa rem, quâ de agitur, consistentis, quam haberemus, vel adsequi potuissemus, si damnum non dedisset lucrumve nobis adversarius non intercepisset. *Cui. in π. C. ad d. l. ult.*

XIV.

Porrò proprium Interesse est, quod in facto non in jure consistit; *l. 24. quatenus ff. de R. I.* adeoq; incertum semper, *l. 3. fin. eum quu. ff. si quis in jus voc. non ier. l. 68. si pœnam ff. de V. O.* & probatur difficile, *l. 11. fin. in ejusmodi stipulationibus ff. de stipul. prætor. §. 7. fin. non solum l. de V. O.*

XV.

Effectus ejus, quod alicujus interesse cœpit, est obligatio, ex qua damnum passo agere licet adversus eum, qui mora vel facto suô effecit, ut alteri aliquid abesset: suadente hoc æquitate naturali; quæ cum detrimento alterius quicquam fieri vetat; *§. 3 Juris præcepta I. de I. & I. l. 10. Justit:a. §. 1. Juris præcepta ff. eod.* adeoq; damnum datum lucrumve interceptum Legum Civil. adminiculô resarciri præcipit; *l. 11. apud Julianum. in fin. pr ff. ad SC. Trebell. l. 15. semper adversus possessorem §. 7. hoc interdicto ff. quod vi aut clam.*

XVI.

Ad reparationem autem ejus quod interest duobus agi potest modis. *Primò principaliter*; quando, id quod interest succedit loco principalis obligationis; quod inprimis evenit in omnibus faciendi obligationibus, in quibus, si non fiat, quod promissum est *pecuniam dari.* h. e. Interesse præstari oportet; *l. 13. si quis*

quis ab alio §. 1. si quis promiserit ff. de re iud. l. 72. stipulationis vers. Cessat tamen ff. de V. O. & ibi Dd. Et tunc Interesse venit Jure actionis, *Caball. d. tr. n. 218.*

XVII.

Secundò minus principaliter seu *accessoriè*; quando Interesse non succedit loco rei principalis, sed eidem accedit; *veluti in casu l. 114. si fundum ff de V. O.* Et tùnc venit officio judicis: ut & in reliquis actionibus arbitrariis; *l. 2. arbitraria actio. §. 8. fin. ... de officio judicis & l. 8. Centum Capuae ff. de eo quod cert. loc. dar. oport.* & bonae fidei; *arg. l. 49. qui per collusionem §. 1. pretii certe ff. de act. empt. Caball. l. d.*

XIIX.

Et quando id quod interest *minùs principaliter* in actionem venit, illud etiam ab actore non petitum decernere posse judicem *argumento est l. 25. aediles etiam §. 8. item sciendum est ff. de aed. edict.* Idque ita observari in Camera attestatur *Mynsing. 5. observ. 55. n. 4.*

XIX.

Porrò actor quanti suâ interest probare cogitur; *l. 4. qui accusare C. de edend.* testibus minimùm duobus; *Vid. Jac. Ayr. in process. Histor. p. 1. cap. 2. observ. 1. n. 1.* quibus deficientibus necessitas juramenti delationi parit locum; *facit l. 9. si quando. C. unde vi. ... ad l. 8. tutor. n. 4. & seq. ff. de in lit. jur.*

XX.

Judici autem de Interesse cognoscenti Sacratissimus Imp. Justinianus metam, quam in eo taxando sequatur, praescripsit certam, exactam & generalem *in saepiùs d. l. un. C. de sent. quae pro eo quod int. prof.* quo scil. sententiae, quae pro eo quod interest proferuntur, proferantur cum modo aequo & pari, ne fortè major poena quàm culpa sit; quamvè humanitas aequitasq; patitur *Cui. in ... C. ibid.*

XXI.

Sancit verò Imperator *in d. l. un. in omnibus casibus, qui certam habent quantitatem vel naturam, hoc quod interest dupli quantitatem minimè excedere; in aliis autem casibus, qui incerti esse videntur* ...

por-

per *ἀνάλογον* colligere licet: qui certam quantitatem vel naturam non habent) *judices per suam subtilitatem inquirere, ut hoc quod re vera inducitur damnum, hoc reddatur.*

XXII.

Casum exponimus *cum Caball. in d. tr. n. 3. & 4.* negotium seu factum, ex quo propter circumstantias obligatio ad Interesse orta est. Per *quantitatem* intelligimus res fungibiles in numero, pondere mensura consistentes; *arg. l. 29. cum Stichus & Pamphilus ff. de solut. Caball. d. tr. n. 42.* Per *naturam* verò rem certis suis finibus ita determinatam, ut civiliter saltem quoddam totum efficiat, gerens vim simpli certi communiter æstimabilis & duplicabilis; *arg. l. un. in verb.* dupli. *Caball. d. tr. n. 43. Simplum* veriùs existimamus esse æstimationem rei certam quantitatem vel naturam habentis & principaliter in obligatione contentæ; *per d. l. un.* in qua duplum necessariò ad illam refertur, eandemq; implicat.

XXIII.

Ad casus autem incertos referuntur præter faciendi obligationes; *§. 7. ult. non solùm I. de V. O. l. 13. si quis ab alio ff. de re jud. l. 75. ubi a. 7. qui id quod in faciendo & l. 68. pæn. ff. de V. O.* mandatum; *l. 8. si procuratorem §. 6. mandati actio ff. mand.* tutela; *l. 1. pr. ff. de tutel. & rat. distrah.* negotiorum gestio; *l. 2. si quis absentis ff. de negot. gest.*

XXIV.

Sic maleficia, ex quibus in id quanti ea res est agitur; *l. 21. ai: Prator cum ll. seqq. ff. ad L. Aquil. l. 6. in interdicto ff. de vi & vi arm.* & interdicta, ex quibus agimus contra eum, qui possessionis, quæ facti est; *l. 1. §. 3: furiosus & §. 4. seq. si vir uxori ff. de acquir. vel amitt. poss.* controversiam nobis facit. *l. 3. si duo §. 11. fin. in hoc interdicto ff. uti possidet. l. 15. semper, §. 7. hoc interdicto ff. quod vi aut clam. Cui 9. observ. 31*

XXV.

Etiam emtio & locatio; quatenus scil. ex iis non agitur, ut res certa præstetur, cujus ut simpli duplum non est excedendũ: sed aliorum nomine, quæ reus in se recepit, nec præstitit condemnetur; *l. 13. Julianus pr. ff. de act. empt. l. 19. si ædes §. 1. si quis dolia. in fin.*

in fin. ff. locat. Donell. 26. comm. 19. Quò pertinet etiam *l. si emptor ex empto §. 4. si vac. aliquod ff. de act. empt. d. l. 19. §. 1 pr. ff. locat.*

XXVI.

Et cùm Interesse multiplicationem non admittat, sed unicum & simplex sit *tàm* quoad rem, *quàm* quoad æstimationem; *Donell. 26. comm. 15.* ordine sequuntur cognata, quæ hæc tria sunt. Primum est *pœna illa conventionalis*, quam malè *Interesse conventionale* vulgò vocant: quæ ab Interesse differt quod certa sit: *§. 7. fin. sed non solùm I. de V. O. l. ult. fin. in ejusmodi stipulationibus ff. de prat. stipul.* ex conventione tamen partium, non modo certo ipsi à ll. constituto; *Vide Baert. d. tr. n. 107. Donell. 26. comm. 24.* id verò quod interest in certum. *Vid. supr. th. 15.* Et pœna etiam tunc petitur, cum nihil interest; *l. 38. stipulatio §. 3. alteri vers. planè ff. de V. O.*

XXVII.

Secundum est *Usura*; quæ ab eo quod interest distinguitur, quod usura definita est; *l. 26. eos §. 1. super usurarum C. de usur.* id verò quod interest definitum non est; *per dicta in d. th. 15.*

XXIIX.

Tertium est *jusjurandum in litem*; quod ab Interesse discriminatur, quod veram rei vel ejus quod interest æstimationem excedere potest; *l. 1. l. 3. nummis depositis l. 8. tutor rem adulti ff. de in lit. jur.* Hoc nostrum Interesse non item; *l. 33. si servum meum pr. vers. sextus quoq; Pedius ff. ad L. Aquil. l. 63. pretia rerum pr. ff. ad L. Falcid.*

Et hæc ita generaliter & breviter de hoc difficili & perplexo Juris argumento proposuisse sufficiat.

SOLI DEO GLORIA.